

CORONA III.
DOCTRINÆ JUVENTUTIS TRICORONATÆ
DEBITA.

Doctrina, de quâ agimus, cuius scholæ propria est, & suis gradibus pro classum diversitate distincta. Quicumque Discipulorum illam assequitur, dignus est, qui coronetur. Etiam vobis hac Corona debetur, Tricoronati Adolescentes; nam frequenti studio, assiduâ exercitatione plerique vestrum suâ scholâ gradum, vel attigerunt, vel superârunt. Illud probâstis, tum aliâs frequenter per anni decursum scriptione pro Magistratu, tum sub finem, literario certamine ad obtinenda diligentia, doctrinaque præmia instituto. Horum materia scripta est infra: Nomina verò illorum, qui suo merito bravia retulerunt, ac per annum cum primis excelluerunt, in §. ultimo impressa venies.

§. I.

ORATIO PARIÆNETICA
Ad Studiosos Tricoronatos, ut Magistram suam MARIAM
docentem audiant.

DISPOSITIO,
Rhetoribus Tricoronatis hoc anno M. DCC. pro præmiis
dictata.

In exordio gratulaberis Studiosis Tricoronatis, quòd, cum in addiscendis literis delectus Magistrorum haberi debeat, illi Dei Parentem MARIAM prudenter elegerint; utpote, quæ est Magistra Magistrorum, habens omnes absoluti Doctoris dotes. Subjunges, quòd omnes, qui Magistram hanc audiverunt, in excellentes viros evaserint, V. G. Gregorius Thaumaturgus, Joannes Antiochenus, & Rupertus, hoc modo: Gregorium Thaumaturgum, cogitate, &c. tum dices hoc unum esse necessarium, ut Magistram suam docentem audiant, quæ suis Discipulis unam, eamque facillimam; ac scitu necessariam, & perquam utilem lectionem solet prælegere: Venite (inquit)

Inquis) Filii, audite me, timorem Domini docebo vos. (a) Hanc lectionem primo dices esse scitu necessariam; nam sine perfectâ illius scientiâ quisquis lite ras didicerit, eadem ad suam, aliorumque perniciem convertet. Hoc probabis per Præteritionem exemplo Aarii, Manichæi, & Pelagii, qui, quia hanc lectionem non tenuerunt, eorum ac tanta mala in Ecclesiâ Dei pepererunt; & descendes ad Lutherum, & Calvinum, qui similiter destituti scientiâ hujus lectionis Germaniam innumeris cladibus affligerunt. Has clades afferes breviter per Enumerationem & Hypotyposin. Secundo dices hanc lectionem esse perquam utilem scitu; quisquis enim hanc lectionem tenuerit, ille scientiam Sanctorum consecutus est, quæ in eo consistit, ut nunquam Deum gravi peccato offendamus. Illustrabis hanc partem hoc modo: dicitur mihi Adolescentem, qui hanc lectionem perfectè didicerit, & ego dabo tibi virum, qui non possit ad ullum peccatum seduci. &c. Probabis hoc ipsum exemplo Josephi, qui sollicitus ad turpe flagitium, cum perfectè didicisset timorem Domini, respondit: Quomodo possum hoc malum facere? Hic alloqueris Josephum hoc ferè modo: Quid ais timide Adolescens? non potes tu hoc malum facere? fecit malum Adam, Cain, Cham, Ruben, & alii fratres tui omnes, quin totus mundus; & tu non posses hoc malum facere? &c.

Pro epilogo hortaberis Adolescentes Tricoronatos, ut hanc lectionem ediscant, semperque Deum timeant; quo fiet, ut omnes in doctos evadant. &c.

(a) Psalm. 33.

ELOCUTIO AUTHORIS EXTEMPORALIS.

A Mice Lector, cum inchoatus typus moram non pateretur, & occupatissimo non liceret omnia elaborare, debui sequentia extemporalis calamo in chartam conjicere, proditura suo tempore politiora, cum aliis, ad simile argumentum spectantibus.



Um in addiscendis literarum studiis, si quâ in arte aliâ, delectus Magistrorum haberi debeat, est certè, cur vobis gratuler, Tricoronati Adolescentes, quod liberalibus artibus operam daturi, non cum Alexandro Aristotelem, aut cum Trajano Plutarchum, aut cum Nerone Senecam, homines erroribus plenos, & quibus ex densâ gentilitatis caligine veræ scientiæ lucem non licuit aspicere; sed illam, quæ *Magistra Magistrorum* est, & *scientia scientiarum*, in studiorum vestrorum Præsidem elegeritis **MARIAM**. Enimverò si quis in Magistro solidam, profundamque illius artis, quam profitetur scientiam desideret, ille noverit, quod & *Dei virtus, ac sapientia*, (a) & *omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ sint in Maria*.

Si

Si quis obscuritatem oderit, & in Præceptore claritatem doctrinæ commendaverit, ille sciat, quod *Maria Patris sapientiam*, quæ *Sol* est, & *lucem habitat inaccessibilem*, suo gremio complexa, nullam in sermone obscuritatem dominari patitur: Si quis etiam præter eximiam tradendæ artis intelligentiam, & doctrinæ claritudinem, integritatem vitæ, ac morum probitatem à Magistro velit exigere, ille demum intelligat, *Mariam Virginem esse* (b) *non solum corpore, sed etiam mente, sinè nube, sinè labe formosam, sinè rugâ perfectam, in quâ tanquam in exemplari magisteria expressa probitatis, quid corrigere, quid effugere, quid tenere debeant ejus Discipuli, ostendunt.* Et amabò! dicite mihi, an audiveritis unum aliquem, quantumvis ingenio hebetem, qui marianum hoc Gymnasium frequentaverit, & à suâ Magistrâ post depulsas ignorantia tenebras præclaris scientiarum radiis non fuerit illustratus? Gregorium Thaumaturgum, illum ævi sui Moysen cogitate: Hunc *Maria* symbolum Orthodoxæ Fidei edocuit, ne erroribus sui Magistri Origenis implicatus à tramite cælestis sapientia deflecteret. Joannem Antiochenum cogitate: Hic in *Marianâ* Gymnadè educatus in talem evasit virum, ut in explicandis sacrarum scripturarum difficultatibus Chrysostomo non inferior commendetur. Rupertum, Tuitiensem Abbatem, illud *Benedictini* dicam, an *Benedicti* Ordinis decus, ut sexcentos omittam alios, cogitate. Laborabat ille divinarum scientiarum cognitione, nullam vel certè exiguam, improbis etiam laboribus eruditionem consecutus; non distulit suo discipulo succurrere ignorantium informatrix *Maria*; sed illius animo tam illustria sapientia lumina infudit, ut in revelandis Scripturæ arcanis palmam omnibus sui temporis Interpretibus eripuerit. De hujus tantæ Magistræ excellentiâ dum ego vobis ex animo gratulor, Tricoronati Adolescentes, illud insuper sic habeatis velim, hoc unum, si utilem studiis operam navare volueritis, maximè necessarium esse, ut docentem hanc Magistram, quo ad vixeritis, audiatis. Non illa vos obruet Præceptorum multitudine, non varietate lectionum confundet memoriam, non doctrinarum subtilitate ingenia fatigabit. Unam, eamque facillimam; at scitu perquam utilem, maximèque necessariam omnibus lectionem ediscendam proponet. Quâ tamen unâ velut in quâdam anacephaleosi scientia comprehenduntur universæ. *Venite* (inquit) *Filii, audite me, timorem Domini docebo vos.* Hæc nimirum est illa lectio, Adolescentes Ingenii, omnibus literarum Candidatis adeò necessaria, ut quisquis illam comprehendere neglexerit, omnem aliam, quam fortè didicerit, scientiam, in suam, aliorumque perniciem sit conversurus. Non revocabo hæc præterita nascentis Ecclesiæ secula, quæ literis quidem culti; at expertes timoris Domini Hæresiarchæ luctuosâ strage affligerunt; ne inflicta Christi-Fidelibus vulnera, quæ jam temporum longinquitate coaluerunt, ad horrorem intuentium recrudescant. Non suscitabo iterum incendia, quibus ille perduellis Deo Arius orbem penè totum lamentabili specta-

spectaculo inflammavit. Non redintegrabo illum calamitatis turbinem, & miseriarum procellam, quibus totam Africam cum æterno tot millium animarum naufragio insanus Manichæi furor inundavit. Non spargam denuo fatalem illam pestem, quæ auctore Pelagio undique grassata integras provincias & regna penè omnia tam pertinaci malo corripuit, ut in eo curando, multum fatigata Ecclesiæ Doctorum ingenia hucusque desudaverint. Non possum tamen, ut velim, præterire fœdam illam tempestatem, quæ Ducibus Luthero, ac Calvino superius seculum miserandâ clade funestavit: nondum enim obducta cicatricibus vulnera patiuntur miserandæ cladis recordationem excludere. Uterque illorum, alter tamen altero majorem consecutus scientiam, quia *Timorem Domini neglexit* addiscere, eâdem malè abusus fuit ad fatalem sui ipsius ruinam, & perniciem aliorum sempiternam. A primò calamum in stylum ferreum converterunt, eumque capitali in Sedem Romanam odio velut pestilenti toxico imbuerunt. Hoc illi stylo non dubitârunt Majorum instituta convellere, sanctorum hominum placita infringere, Conciliorum Decreta confodere, auctoritatem Ecclesiæ contemnere, divinas, humanasque leges incredibili temeritate labefactare. Calamo adjunxerunt protervi oris loquacitatem, quâ imperitam plebem, atque ad otium & vitæ libertatem natum vulgus in rebellionem concitârunt, ad furta, rapinas, sacrilegia animârunt; ad bella, cades, incendia, atque ad omnem scelerum licentiam inflammârunt. Hic vidisses conflam ex omni perditorum hominum colluvione fœcem in turmas confluere, arma quævis arripere, oppida evertere, pagos incendere, araria expilare, templa pesfundare, aras deltruere, sacra profanis miscere, atque in quosvis obvios sinè ullo ætatis, aut sexûs discrimine inauditâ crudelitate debacchari. Et verò quodnam fuit illâ tempestate præsidium adeò clausum, quod rebellium audacia non perfregerit? quæ civitas adeò munita, quam violentia non expugnaverit? quis locus tam sacer, quem ad omne facinus profligata impietas non profanaverit? Usque adeò necessarium est, ut literarum Candidati *primam de timore Domini lectionem perdiscant*, ne eâdem, quam fortè studio acquisiverint scientiam, & sibi ipsis malum accersant, & aliorum salutem in præsentissimum æternæ damnationis periculum conjiciant. De utilitate hujus lectionis quid dicam? uno verbo ipsius commoda complectar omnia, si dixerò, eâdem ipsâ comprehendi *Sanctorum scientiam*, cujus perfectam notitiam quicumque assecutus fuerit, omnia bene, beatèque vivendi præsidia sibi comparavit; illa enim hominem in utrâque fortunâ iis præsidiis instruit, ut neque adversis deprimi possit, neque prosperis elevari: quin eundem animo itâ corroborat, ut malit vitam cum sanguine profundere, quam lethali flagitio supremi Numinis majestatem violare. Quare mihi date Adolescentem, qui Deum timere didicerit, & ego dabo vobis virum, quem neque sociorum exempla, aut illecebriæ; neque oblata vitæ commoditas, aut intentata supplicia

possint ad aliquod flagitium permovere. Manet enim verum, quod olim pronun-
 ciavit Sapiens : *Timor Domini expellit peccatum.* Testis hujus veritatis est
 integerrimus ille Adolefcens Patriarcha Joseph, qui sollicitatus ad gratum faci-
 nus, quia timere Deum ab infantia didicerat, nullo modo adduci potuit, ut con-
 sentiret. Audiamus ipsum Adolefcentem, quid dicat : *Quomodo*, inquit (d
possum hoc malum facere ? Quid ais, timide Adolefcens ? nunquid tu æquè homo
 peccator es, ac ceteri mortaliū, qui possunt & istud malum, & illo graviora
 committere ? cur ergo interrogas, quomodo possis hoc malum facere ? Adam
 peccavit in Deum, Cham in Patrem suum, Ruben in Matrem, Cain in Abelem
 cui per nefarium scelus violentas manus intulit, ac sanguine innocuo terram
 adhuc intemeratam scedè contraminavit : quin Fratres tui omnes crimen pesti-
 mum compleverunt opere, fratricidium commiserunt animo, & te Ægyptiis
 inauditâ impietate vendiderunt ; & tu non posses hoc malum facere ? pergit
 constantissimus Adolefcens iterare dictum suum : *Non possum* (inquit) *hoc*
malum facere, non possum. Prævaricatus sit primus parens noster Adam, &
 fructu vetito contra Dei mandatum intemperantem gulam pascere potuerit ; ego
 tamen *non possum hoc malum facere.* Exarserit in Fratrem suum iracundus Cain,
 & calenti cruore facinorosas manus polluerit ; ego tamen *non possum hoc malum*
facere. Irriserit suum Parentem maledictus Cham, & scurrili impudentiâ suos
 Fratres ad parem audaciam irritare potuerit ; ego tamen *non possum hoc malum*
facere. Potuerit Frater meus Ruben tam protervè audax esse, ut Matri suæ vim
 intulerit ; potuerint alii Fratres mei, in scelera projecti, *crimen pessimum facere,*
 possit *mundus totus in maligno positus* cum Sodomitis lascivire ; possit in quævis
 scelera sinè discrimine prouere ; possit omni pudore deposito bellum virtuti
 indicere, & quovis se flagitio obstringere ; ego tamen *non possum hoc malum face-*
re. O admirabilem Adolefcentis constantiam, ab omni retro posteritate
 prædicandam ! Impudens mulier, quæ ad scelus invitat, Principis uxor est, hono-
 res, & gratiam, atque impunitatem promittens facinori, ad crimen, quod offert
 natura proclivis est ; socius, quem sollicitat, Adolefcens est, ætate, & sanguine
 floridus ; locus, in quo invitat, sinè arbitris est ; tempus, quo sollicitat, per oppor-
 tunum est ; omnia consensum suadent in flagitium, & tamen integerrimus Ado-
 lefcens obtrusum Dominæ suæ favorem repudiat ; impunitatem criminis non
 æstimat ; naturam ad scelera pronam debellat ; opportunitate loci non move-
 tur ; temporis commoditate non persuadetur. *Non possum* (inquit) *non possum*
hoc malum facere. Castissime Joseph ! dic, quæso nobis, quo medio in hoc extre-
 mo salutis amittendæ discrimine tu ipsius victor evaseris ? nihil aliud responde-
 ret redivivus Adolefcens, à nefario opere me deterruit, quàm Dei ter Opt. Max.
 timor, quo me paterna educatio ad omnem fortunæ casum jam inde à puero
 informavit ; ita enim ipse in Scripturâ sacrâ loquitur : *Quomodo possum hoc*
 ma-

malum facere, & peccare in Deum meum... quem timeo. (d) Quasi diceret: licet vellem hoc malum facere, ad quod profligata audacia lena iteratis blanditiis tantum non cogit; si vellem omnem pudorem exuere, & animo conceptum scelus voluntaria malitia exequendum decernere, non possem tamen hoc malum facere, & peccare in Deum meum, quem timeo. Erubescite Studiosi omnes, quotquot saepe nullis allesti blanditiis, nullis adducti minis, aut persuasi pollicitationibus, ultro vos in foedissima scelera praecipitatis, erubescite, inquam, & intelligite, literarum Candidatis, si propriam, aliorumque salutem profligare voluerint, hanc unam de timore Domini lectionem praereliquis omnibus accuratè perdiscendam; Vos verò, Tricoronati Adolescentes, qui operam vestram, & studium laudabili pietate Magnae Matris consecrastis, illius doctrinam audire vel constanter pergite, vel alacriter inchoate. Haec sit una omnium cura, ut *Timorem Domini*, quo ad vixeritis, nunquam elabi ex animo patiamini. Hanc lectionem per diem repetite, per noctem revolvite, ponderate in publico, ruminare in occulto, in adversis relegite, in prosperis cogitate.

Quod si feceritis, Grammatici loquentur pure, & emendatè, sine ullo vel mendacii Solæcismo, vel perversae linguae Barbarismo. Poëta non frequentabunt impura Musarum delubra; sed omne illud, quod ingenuo pudori, quod honestati morum, quod integritati corporis, animique adversatur, cane pejus & angue detestabuntur, futuri tales, quales illos Apostolus (e) desiderat, ut omnis immunditia non nominetur in illis, sicut decet sanctos. Rhetores per Complexionem toto pectore amabunt Deum; per Praeteritionem declinabunt peccata, eorumque pericula; ac per Gradationem ibunt de virtute in virtutem, donec videant Deum Deorum in Sion. Philosophi, contempto rerum terrenarum fastu, omnium suarum actionum ac speculationis centrum collocabunt Deum, atque in omni certamine ac disputatione cum mundo, carne, aut Demone Eduardi sexti, Britanniae Regis, clypeo sese obarmabunt, in cuius pectore orbis referebatur inter nubes pendulus, cum Lemmate: NIL SINE DEO. Ità fiet, ut, quando illud universale orbis totius examen in valle Josaphat apertum fuerit, Tricoronati Adolescentes, scientiam Sanctorum edocti, adeò pulcre staturi sint, ut digni sint omnes futuri, qui à supremo Iudice, & Mecenate Christo evocentur, Beatorum lauream in caelis cum Magistrâ suâ in laboris primum coronandi. Hoc singulis vestrum precor ex animo, qui omnes vos cupio in visceribus JESU Christi, semper in cunctis orationibus meis pro omnibus vobis cum gaudio deprecationem faciens,

PAULUS ALEX. SOC. JESH.

(a) S. Anselmus super illud: Intravit Jesus, &c. (b) S. Amb. lib. 2. de Virg.
(c) Ecclesiast. I. cap. (d) Genes. 39. cap. (e) ad Ephes. 3.

CARMEN SECULARE,
 AD BEATAM VIRGINEM,
 PRO
 INCOLUMITATE PATRIÆ, ET URBIS COLONIENSIS,
 A C
 GYMNASII TRICORONATI.

Materia, pro præmio dictata Rhetoribus Tricoronatis.

MARIA, cum Tu sis Mater Dei, Tibi famulantur calum, & terra. 2. En mundo venit seculum novum, & Roma stat Porta Aurea, recluso veſte. Tu, qua precamur, audis. 3. Urbi, Tibi coeva, quam Rhenus ambit, & Patria Coloniensi sol melior oriatur. 4. Tellus sit fertilis frugum, & pecoris; & Cererem & Bacchum non dapaſcantur Inſecta. 5. Venti, aſueti sternere arbores, & domos. 6. Habitent inhospitales locos, & maria, qua non poſſunt navigari. 7. Ibi furant, & inter ſe praeliantur. 8. Si tempeſtas oriatur, 9. Illa non noceat Cereri, aut Penatibus; & fulmen cadat ſine clade. 10. Mars non affligat nos bello; 11. Sed Pax & Fauſtitas, & inſtructa divite cornu copia niveis bigis rura perambulent. 12. Neque peſtis graſſetur, 13. Sed omnes bene valeant. 14. Tribus Coronis inclytam Gymnadem, Tibi ſacratam, benigniore Numine aſpice præ reliquis. 15. O Virgo, da Juventuti probos mores: Qui non ſinunt ſeregi, aut pigri ſunt, Gymnaſio procul arce Tuo.

O D E
 TRICOLOS TETRASTROPHOS,
 S I V E
 CARMEN HORATIANUM.

CUM Tu ſupremi Numinis inclyto
 Sis læta partu, Virgo, Tibi facer
 Se curvat Orbis, ſubditoque
 Prona genu famulantur aſtra.

Vent-

Venere terris en nova secula,
 Et disolutis vestibus aurea
 Stat *Porta Romæ* : quæ precamur
 Suppliciter, pia Mater audi.
Tibi coavam prætereuntibus
 Quam *Rhenus urbem* fluctibus alluit,
 Solúmque *Agrippinense Phœbus*
 Irradiet meliore flammâ.
 Sit terra frugum fertilis, & gregem
 Alat frequentem : dente nec invido
 Eruca depascatur alma,
 Aut *Cereris, Bromiive* dona,
 Euros feroces, fulmineo impetu
 Annosa fuetos frangere robora,
 Altosque sternentem *Penates*
Strimoniis Boream procellis
 Inhospitalem (namque potes) jube,
 Metam furoris, quære *Caucasum*,
 Gelique constrictam *Amphitriten*,
 Indocilem tolerare puppes.
 Ibi efferatis aëra flatibus
 Impunè turbent: impavido mari
 Depræliantes cum protervo
 Bella gerant *Aquilone Cauri*.
 Si sulfuratis ferveat ignibus
 Accensus æther; fulmina si tonent,
 Raucâque tempestate fetas
 Excutiat fragor officinas;
 Non pestilentem sentiat halitum
 Ceres in agris, non quatiat fragos
 Nostros *Penates*; sed quieto
 Axe cadat sinè clade fulmen.
 Nunquam *Gradivus* tristè sonantium
 Perstringat aures murmure cornuum;
Bellona nunquam istis in agris
 Sanguineum quatiat flagellum.
 Sed juncta *Paci candida Faustitas*,
 Et alma cornu divite *Copia*.
 Invisat urbes, aureisque
 Lata super volet arva bigis.

Nec Iuſtuoſo peſtis anhelitu
 Inceſtet auras, p̄erve cadaverum
 Exercitus promiſcuorum
 Dira lues agitet curules.
 Cum prole vivant pancraticè Patres;
 Et cum Juventâ ſit Senibus bene:
 Matrèsque cernant ter beatos,
 Et tetricâ ſinè nube ſoles.
 Tribus Coronis Gymnada nobilem,
 Tibi ſacratam præ reliquis Domum,
 Benigniori cerne vultu,
 Et radio meliore luſtra.
 Benigna Mater! da teneræ probos
 Mores Juventæ: non dociles re g
 Gravique torpentes Veterno,
 Pelle Tuâ procul ex palæſtrâ.

§. 3.

Materia Proſa Græcæ iisdem Rhetoribus pro premio dictata.

Pallas Tricoronata in dyſcolos Adoleſcentes.

Peſtes Juventutis (non enim eſtis digni alio nomine) ocius exeſte ex Gymnaſio, quod vocatur Tricoronatum, & quarite alios Inſtructores, ſi velitis ſtudere. Nam (a) *Qui diſcendi cauſâ frequentant ſcholas Societatis ꝛ ESU, illis abſtinendum eſt à rebus omnibus, quæ morum honeſtati adverſantur, & omnis immunditia non debet nominari ab illis: Si verò ceteris ſuo exemplo pernicioſi fuerint, ſciant ſe ex his ſcholis dimittendos. Denique in actionibus omnibus ita ſe gerant, ut facile quivis intelligat, eos non minùs puritatis anima, quàm doctrina ſtudioſos eſſe. Ite ergo dyſcoli ſocii, & quarite veſtrî ſimiles, cum quibus ſtudeatis.*

(a) *Ita habent Regula, iis præſcripta, qui volunt Societatis ꝛ ESU Gymnaſia frequentare.*

VERſIO IN GRÆCUM.

Παλλάστρις ἀνεσεμμένη εἰς τοὺς ὑβριστικοὺς νεανίωv.

Λοιμοὶ νεότητος (οὐ γὰρ ἕτερον ὀνόματι ἀξιοῖ εἶναι) ὠκύτερον ἀπαγε ὑμῶν ἐκ τῶν τριῶν σεφάνων ὀνομαζομένων γυμνασίων, καὶ τοὺς ἄλλους διδασκάλους ζητεῖτε παυδαζέειν θέλοντες, τοῖς γὰρ εἰς τὴν τοῦ Ἰησοῦ κοινωνίας διδασκαλίαν τοῦ μαθητέειν ἐνεκα φοιτᾶσθε τῶν κρείων χρημάτων τῆ τῶν ἐθνῶν κοσμιότητι ἐναλίεμενων ἀφρακτέων, καὶ τὸ πᾶν ἀκάθαρτον οὐκ

οὐκ ὀνμάξεισαι δεῖ ὑπ' ἐκείνων. ἐλεύθεροι δὲ τῶ σφῶν ἐνδείγματι τοῖς ἄλλοις τετοχηκότες, ἴσασαν ἐκ τῶν τούτων διδασκαλείων ἑαυτοὺς ἀφειθήτεσθαι, τέλος δὲ ἐν πάσαις ταῖς πράξεσιν ἑαυτοὺς οὕτως παραχέτωσαν, ὥστε ῥαδίως ὄντινα γινώσκειν, ἐκείνους οὐκ ἐλαττον φιλοκάλους, ἢ φιλολόγους εἶναι. ἴτε ἄρα τῆς ἀσπλγίας νεανίας, καὶ ὁμοίους ὁμῶν, μεθ' ὧν σπουδάζητε, ζητήτε.

§. 4.

MATERIA CARMINIS GRÆCI,
IISDEM PRO PRÆMIO DICTATA.

Paranesis ad Tricoronatos Adolescentes, ut diligenter studeant.

Vulnera nec Miles, nec frigora curat Arator,
Nec vitat tumidi Nauta pericla maris.
Tu quoque Pieriæ sequeris qui signa Minervæ,
Noctes, atque dies ne vigilare time.
Pallada qui segnis colit, aut cui stertere multam
In lucem sensim, Phœbo abeunte libet:
Is neque victrices palmas, neque præmia speret,
Gloria desidiâ nescit honora sequi.

VERSIO IN GRÆCUM.

Παράνεσις πρὸς τοὺς τρεῖς ὑσιφάνεις νεανίας,
ἴνα μετὰ σπουδῆς σπουδάζουσι.

Τρώμα' α τευχῆσθς ἀλογεῖ, καὶ φύχεια τμήγης,
μήτε ἄλῶν ναύτης οἰδματα δεινὰ δέει.
Καὶ σὺ ἐλλογίμου ἀκολουθῶν σήματ' ἀθήνης.
Νηφίμεν οὐ νυχίη ἡματίητε φοβοῦ
Ἡαλλάδα γωθρῶδης τιμῶν, καὶ πλῆιον ἐς ἡμας
Ἡ' ῥέμ' ἀπερχομένης ἡελίοιο, κέων,
Μηδὲ ἐπελπέσω καλά νικητήρια, μηδὲ
Ἀθλα. πρίπορθ' ἐπιταί μὴ ἀμελεῖντι κλέα.

**MATERIA PROSÆ LATINÆ,
POETIS TRICORONATIS PRO PRÆMIO DICTATA,
CHRIA VERBALIS.**

*Qui discendi causâ Societatis JESU Gymnasia frequentant,
pravas aliorum consuetudines fugiant.*

Ex Regulâ XI. Studiosis Gymnasiorum Societatis præscriptâ.

IN exordio laudabis Societatem JESU hoc ferè modo : Extollant alii Societatem JESU, quòd semper Hæresin oppugnet, ideòque illum appellent Turrim David, ex quâ prodeant tot armati Duces, ac strenni Orthodoxa Fidei Defensores. Prædicent illam alii, quòd cum ipso Damone in extremis mundi partibus felicissimè decertaverit, eamque ob causam nuncupent illam salutem novi orbis, terrorem Dæmonum. &c. Celebrant illam alii, quòd semper vitiiis bellum moveat, eaque quâ scriptis libris, quâ verbis infectetur, ac propterea illam nominent inimicam scelerum, frenum effrenis libertatis, debellatricem vitiorum. Ego tamen sic existimo, illam maximè laudandam esse, quia Juventutem studiosam, à cujus informatione omnium salus pendet, tam sollicitè educat. Hanc bonam Juventutis informationem ut impetret faciliùs, varias eidem regulas præscribit, inter quas faciliè principem locum obtinet ista : Qui discendi causâ Societatis JESU Gymnasia frequentant, pravas aliorum consuetudines fugiant.

EXPOSITIO. Hanc regulam dices expositione non indigere, cum liquido constet, Societatem JESU hac lege præscriptâ velle, ut sua cura commissi Adolescentes omnino caveant, ne cum pravis sociis conversentur. **CAUSA.** Quisquis enim agit cum pravis sociis, ab illis pervertetur. Hoc tractabis isto modo : Quod ut manifestiùs appareat, Adolescentem aliquem ad omnes modestiæ & probitatis lege s efformemus : hic describes Adolescentem bonis moribus ornatum, diligentem, pium, reverentem. &c. Tum subdes : faciamus talem in pravos socios incidere, & brevè ex pio fiet impius &c. per Antitheses. Omittes hîc Contrarium, & post Exemplum etiam Testimonium. **SIMILE.** Homo sanus corpore si conversetur cum aliis peste, vel morbo alio contagioso infectis, statim luem contrahet, & periculum mortis incurret. Ità Adolescens integer animo &c. **EXEMPLUM** sit Adolescens ille integerrimus, qui à pravis sociis seductus, eò devenit criminum, ut sententiam capi-

capitis tulerit, à suo Professore ad furtam eductus, atque ab uno suorum Condiscipulorum, etiam seducto, qui ne supplicio afficeretur, Lictoris officium admiserat, ex fatali ligno suspensus. Hoc exemplum aptis figuris exornabis. IN EPILOGO dices, Societatem JESU prudenter fecisse, dictam legem suis Discipulis præscribendo, & hortaberis Tricoronatos Adolescentes, ut eandem sanctè observent.

E L O C U T I O.

Extollant alii, per me licet, maximis laudum præconiis minimam Societatem JESU, quòd illa jam inde à primis sui ortus temporibus, continuato hucusque bello immane illud portentum hæresim & generosè oppugnet, & gloriosè triumphet, ideòque illam nuncupent (a) *Turrim David*, armis ad Ecclesia defensionem contra impios hæreticos referiam, ex qua indices prodeant celebres Salmerones, eruditi Bellarmini, docti Maldonati, insignes Toleti, atque complures, totidem armati Duces, ac strenui Orthodoxæ Fidei Defensores. Prædicent illam alii, quòd non contenta in nostris confiniis cum Hæresi bello contendere, insuper ultra Europæ terminos ad ceteras mundi totius partes vexilla crucis extulerit, ibique Dæmonem ipsum aggressa, illius fana destruxerit, idola confregerit, spectra fugaverit, eversoque infernalium Spirituum imperio bene multas animarum myriades ex diabolicâ servitute in libertatem Filiorum Dei asseruerit; ac propterea eam nominent (b) *salutem novi orbis, terrorem Dæmonum, ruinam idololatricæ, & exercitum ipsis inferorû copiis terribilem, ut castrorum aciem ordinatam.* Celebrent illam alii, quòd pro incolumitate virtutum sartâ & restâ (ut ajunt) conservandâ, velut pro aris, & focus semper defudet, atque flagitiis bellum perpetuò moveat, in scelera ex pulpitis detonet, vitia calamo perstringat, licentiam vitæ castiget; eamque ob causam (c) appellent illam *asylum virtutis tutissimum, inimicam scelerum, frenum effrenis libertatis, & debellatricem flagitiorum.* Ego interim sic existimo, Societati JESU maximam laudis partem provenire ex illo capite, quòd, cum operam multam in alia dispenset officia, & proximorum ministeria, curam tamen præcipuam, maximèque industriam uni studiosæ Juventuti bene educandæ reservet, optimè conscia, quòd à rectâ Adolescentium institutione non modò salus illorum propria; sed aliorum penè omnium incolumitas dependeat. Tolle enim à communione hominum rectam Studiosorum informationem, & ætatem omnem, ordinemque perveris erroribus, falsis dogmatibus, improbitate morum, & depravatâ vivendi licentiâ corrupisti. Hanc bonam Alumnorum suorum instructionem ut impetraret faciliùs salutis aliorum studiosissima Societas, non dubitavit varias eisdem leges, velut bene studendi, beatèque vivendi regulas præscribere, quas dum sanctè observarent, animos suos & ingenuis artium rudis imbuerent, & præclaris virtutum ornamentis

condecorarent. Inter has leges, quia omnium facile utilissima est, maximèque necessaria, principem ferè locum sibi vindicat ista: *Qui discendi causâ Societatis JESU Gymnasia frequentant, pravas aliorum consuetudines fugiant.*

Expositio. Hæc regula uti nullâ verborum obscuritate confusa est, ita etiam nullâ videtur illustratione indigere; liquidò enim constat, Societatem JESU ab omnibus, qui literas docendi ad ejus Gymnasia veniunt, his verbis exigere, ut in usu sociorum omni studio caveant, ne in eorum familiaritatem se se influant, quos neque morum probitas commendat, neque honesta educatio, aut vitæ innocentia nobilitat.

Causa. Nec illud immeritò; quisquis enim pravorum Adolescentum consortia studiosissimè non devitat, ad parem vitæ perversitatem seducatur necesse est. Quod ut manifestius appareat, Studiosum aliquem ad omnes modestiæ & probitatis leges efformemus. Instruamus frontem ejus pudore, oculos modestiâ, genas verecundiâ, vultum submissione. Removeamus ab illius verbis omnem proterviam, à moribus turpitudinem, à gestibus indecentiam, à toto corpore deformitatem. Fingamus eundem in Superos religiosum, in Parentes pium, erga Majores reverentem, in æquales humanum, erga omnes obsequiosum. Sit ille in ludo literario frequens, & assiduus, in studiis pertractandis diligens, vitiorum hostis acerrimus, virtutum amator studiosissimus; ubique, & semper modestè compositus, omnibus candore morum amabilis, nulli exemplo vitæ perniciosus. Faciamus, hunc eundem suis numeris adeò perfectè absolutum Adolescentem in perversorum consortia incidere, & evolutò exigui temporis spatio videbimus, eundem velut haustâ potione Circæâ in portentum hominis transformatum. Frontem deturpavit audacia, oculos impudentia, linguam procacia, vultum arrogantia, totum denique corpus depravata morum perversitas deformavit. Nulla est amplius in verbis sinceritas, nulla in gestibus verecundia, nulla in incessu moderatio, nulla in corporis totius habitum morum compositio. Illa in Superos religio, in Parentes pietas, erga Majores observantia, erga æquales humanitas jam prorsus evanuerunt. Diligentiam in studiis expugnavit desidia; amorem virtutis, & horrorem vitiorum debellavit consuetudo scelerum; candorem animi, parendi studium, vitæ innocentiam morum turpitudine, contumax impudentia, ac profligata vitæ licentia detriumphavit.

Simile. Nimirum homini sano par est Adolescens integer, & sodales corrupti similes sunt iis, quos morbus aliquis pestilens contagione vitiauit. Ut ille sanitatem corporis profliget, ut præsentem sibi mortem accersat, satis est, vel semel afflatum esse halitu illius, quem fatalis lues, aut gravis pestilentia corripuit. Ut iste integritatem animæ eat perditum, ut discrimen adeat sempiterni exitii, satis est vel semel injecisse dexteram illis, quorum animos fœda morum corruptela depravavit. Tantam vim habet ad corrumpendos integros perditorum

Societas. *Exem*

Exemplum. Vultis, ut hoc ipsum vobis exemplo confirmem? Historiam omnino tragicam, atque ante illud tempus inauditam accipite. (d) In urbe Belgii non ignobili Adolescens erat, parentibus natus perhonestis, atque apprime copiosis, à quibus filius unicus ad omnem vitæ honestatem, morumque elegantiam formatus, didicit à puero omnem operam uni virtuti, pietatique consecrare. Literis deinde applicatus tam illustria semper edidit devotionis, ac diligentia specimina, ut cum indolis præstantiam, & ingenii felicitatem, tum magnos in literis, ac virtute profectus, omnes non raro suspexerint, maximèque commendarent. Nullus erat æqualium, qui Adolescentem hunc sive literarum studio, sive virtutum exercitio vinceret; pauci, qui ad illius eminentiam accederent; multi tamen, qui imitari præeuntem, & ducta per eum lineamenta suis in se coloribus exprimere laborarent. In hoc uno, cetera fortunatissimus Adolescens, infelix fuit, quòd post studia libertatem adeptus cœperit perverlis sociis consuecere, à quibus, ut est flexilis ad malum adolescentia, & ad pervertendum efficax pravorum societas, pessimè seductus, primò cum iis domo, patriæque profugit, tum vitam omnibus flagitiis, ac latrociniis infamem tam diu traduxit, donec in flagranti deprehensus, ac captus (illâ tempestate vigesimum quintum ætatis annum agebat) sententiam capitis tulerit, in probrosâ trabe debitam flagitiis pœnam redditurus. Die fatali constituto, adest sub crepusculum matutinum ex Societatis Jesu Collegio evocatus Sacerdos, qui morituro in hoc extremo vitæ articulo assistat; cum derepente ad primum Sacerdotis conspectum reus ita perturbatus fuit, ut facultatem loquendi multo tempore amiserit. Postmodum, ut animum recollegit, in miserandos questus, & furibundos planctus prorupit, Sacerdote, quidquid momentum aliquod ad pacandam mentem conferre posset, potenter quidem, sed nequicquam ingerente. Reus interim Sacerdotem inter reciprocatos singultus, & lacrymas, oculis irretortis semper intuitus, tandem abrumpens suspitia, profatur: Ah, mi Pater, nihil eorum, quæ hac fatali luce obventura sunt, spiritum inquietat, sed! sed! Nec plura locutus, ex animis concidit. Post adhibita fomenta sibi redditus, cum locum ab arbitris secretum, in quo soli cum solo liceret agere, impetrâset, ille in collum Patris involare, pectus stringere manus osculari, ac demum lamentabili voce exclamare, heu! mi Pater! heu! nonne me nosti? annon tali in urbe, atque à tot annis literas docuisti? annon illos, & illos (quemque suo nomine distinguebat) è Discipulis primos, & inter primos me ipsum, hoc nomine appellatum, numerâsti? Hæret ad hæc attonitus Sacerdos, suumque olim Discipulum contemplatus, vix potest in animum inducere suum, Juvenem, capillitio ferum in morem promisso, vultu lurido, habitu inculto, barbaris latrociniis notatum, ac mortis condemnatum, filium esse unicum florentissimæ, ac locupletissimæ familiæ; atque ad eò 15. millium Florenorum quot annis heredem existere: illum Narcisum, cui parentes

optimi cum lacte nutricis omnem pietatem intillârant , ipse verò in scholis ob
 candidissimos mores , vitæ probitatem , & profectum in studiis singularem præ
 aliis complexus fuerat eò tandem devenisse , ut Magister Discipulo tam triste
 ministerium exhibere cogeretur. Verùm ubi intellexit, Adolescentem, post
 absoluta studia rude donatum , ad pravorum consortia declinâsse , quàm citò
 admirationem tantæ mutationis deposuit , tam ægre luctuoso infelicis Discipuli
 fato indoluit. Atque ne in negotio æternitatis momentum diffuere , reum
 hortatus est, ut omni cogitatione familiæ , parentum , ac fortunatum depositâ,
 totum se discutendis ac eluendis vitæ noxis impenderet ; quod ubi peractum
 est, pulsantur fores, subingreditur Carnifex , ac de more veniam à reo deposcens,
 dicitur , se non nisi partes sui muneris executurum. Liçtorem arbitrat
 primò Adolescens , tum voce languidâ , ac corde pavido ita eum percunctatur :
 Non nôsti tu me ? & tu, mi Pater, non nôsti illum ? negat uterque , alter utrum
 se nôsse. O confusionem horribiliùs , quàm unquam , exclamat ille , &
 confusionem ! ô eventus, si qui ab orbe condito , maximè tragicos ! animos,
 Fili mi , inquit Confessarius ; jam pridem latus , ac libens ad mortem
 properabas , unde ea repentina formido , & perturbatio ? Ah , reponit Juve
 nis, sortem utriusque vestrum lugendam ! Ecce, inquit, mi Pater, hic alter
 tuus quondam Discipulus; hic meus in eodem Gymnasio Confodalis ; tu utriusque
 nostrum Profesor extitisti. Quem hic è tribus, Auditores , magis attonitum
 stetit existimatis ? Carnifex ex illo, quem de primâ ætate suâ texebat, discussit,
 ut planè in notitiam Rei devenit, eò se adductum videt, ut Liçtoris officio perfun
 ctus amantissimum olim Condiscipulum fatali supplicio excarnificet. Erat ille
 honestate familiæ, & possessione facultatum non multò inferior ; ingenio aequè
 prompto, & raris tum corporis, tum animi dotibus omnium amorem, & com
 mendationem, cum in scholis esset, sibi conciliaverat. Prætereâ in eo emine
 rat singularis erga Dei Parentem cultus, & amor non vulgaris, qui cetera ejus
 ornamenta , quanquam se ipsis conspicua , unus tamen facilè omnia, ceu major,
 illustriorque obruerat. Verùm & ille fassus est, se, ubi à Moderatoris disciplinâ,
 & proborum contubernio ad pravorum societatem deflexisset , miserè persua
 sum, bello nomen dedisse, ubi in omnem malitiam præcepit, dies & noctes potan
 do, pergræcando, grasfando transegerit, tandem sceleratam vitam pertaxum, cum
 inquietudinem animi ferè amplius non posset , à signis profugisse ; at à fugâ
 statim retractum in vincula, capitis fuisse condemnatum. Verùm cum Liçtor
 desideraretur, pudet, inquit, proloqui, ut vitam servarem, me ad illud tam foedum,
 ac ferale munus obtuli ; in quo ut hætenus vitam, omni morte acerbiorè duxe
 rim, nunc tamen vel hoc solo maxime execrandum accidit, quòd me ad actum
 hunc ultimum iniqua fortuna reservaverit. Interim reus in Carnificis amplexus
 irruens, agedum, inquit, tu me momento unico beatæ æternitati potes asserere ; nul

quam mortalium amoris
 hanc operam mihi
 sed mente comple
 scilicet consistere, atque
 cum videret
 spectaculum palpitante
 populo audiente, my
 olim Sodales, ambos
 alii in comm
 suis incul
 & angue averfentur.
 Maneat providè,
 U prudentissimè fecis
 Discipuli pravorum fa
 Nos vero Adolescentes In
 frequentatis,
 sanctissimâ observat
 curatis, ne
 conjugamini.
 vestratum decus, ho
 educatio, hoc vitæ insti
 pronati nominis, quo in
 cararis, celebras, hoc V
 Hoc denique
 propriâ desiderat.
 (b) (c) Hæc alioquin
 Vid. Indic. Gomez
 Orat. de S. Cathar. ubi
 quorum honori consuli

M A T E F
 Poësis Tricoron
 DESCRIPTIO MA
 etiam te celebra
 Munc utna
 puris appropi

nulli unquam mortalium amoris pignus adeò carum contuleris ; vince te ipsum, & extremam hanc operam mihi & justitiæ non graveris impendere. At quis non dico enarrare ; sed mente complecti valeat, qui motus animorum exorti sint, ubi hi tres in scalis constitere, atque ultimum vale alter alteri impertiretur, præcipue in utroque superflite, cum videret carissimum sibi Adolescentem ex infami patibulo triste spectaculum palpitare. Peractâ jam tragœdiâ, Sacerdos ad Senatores, omni populo audiente, mysterium omne, & fontem, & Carnificem conjunctissimos olim Sodales, ambos suos discipulos extitisse, palàm exposuit ; multis stupore defixis ; aliis in commiserationis lacrymas profusis ; omnibus, salubre Juvenibus spectaculum, suis inculcantibus, ut perverforum (d) consuetudinem cane pejus, & angue averferentur.

Epilogus. Maneat proinde, quod omnes boni hucusque judicârunt, Societatem JESU prudentissimè fecisse, quòd lege tantum voluerit, ut suæ disciplinæ commisi Discipuli pravorum familiaritatem quàm possunt studiosissimè devitent. Vos verò Adolescentes Ingenui, quotquot discendi causâ Tricoronatum hoc Gymnasium frequentatis, me authore nihil habebitis antiquius, quàm ut huic regulæ sanctissimâ observantiâ pareatis, atque in sociorum delectu, omnium studio, diligentiaque curetis, ne cum improbis ad sempiternam animarum vestrarum perniciem jungamini. Hoc à vobis Parentum erga vos amor, hoc familiarum vestrarum decus, hoc Moderatorum sollicitudo requirit. Hoc à vobis recta educatio, hoc vitæ institutio, hoc Consodalium exempla efflagitant. Hoc Tricoronati nominis, quo insigniti estis, gloria, hoc Mariani Gymnasii, quod frequentatis, celebritas, hoc Virginæ Matris, quam elegistis in Præsidem, excellentia deposcit. Hoc denique vobis dicat ratio, suadet honestas, præscribit regula, salus propria desiderat, ego dixi.

(a) (b) (c) *Hæc elegiis viri ex omni ordine celeberrimi Societatem JESU exornant. Vid. Indic. Gomez. (d) Hanc Historiam describit Engelgraff in Pantheo Orat. de S. Cathar. ubi & dicit, se studio omittere nomen Adolescentis, & familia, quo eorum honori consulatur.*

§. 6.

MATERIA CARMINIS,

Poëtis Tricoronatis hoc anno pro præmiis dictata.

DESCRIPTIO MARTYRII SOCIETATIS URSULANÆ.

URSULA, etiam te celebrabunt nostra carmina ; nam tua mors fecit celeberrimam Coloniam : Et nunc ornas hanc Urbem, & in templo servantur ossa tua. Et jam parum agmen, portis appropinquans, videbat altas turres Urbis. Undique riebant

Agrippina cohors circumfusa, ut videret; aliqui è muris, aliqui è tectis avidi pendebant: Ipse Maximus, quem fama exciverat, accelerat, & gestit propius videre, quales sint hi homines, quod Numen sit turba. Interea viderat, quod gens pararet nova sacra, quod ferret novos ritus, & sperneret cultus Deorum. Tum scindens vestem, & tiaram allidens terræ, sic loquitur: Hæc video, nec adhuc subit ira delere genus? quin post raptâ undique tela curritis Jovis ultores, & certarim deletis gentem? non redeat telum, nisi fuerit sanguinolentum: discant non aspernari Deos, & meum regnum novo Christianorum cultu irritare. Postquam hæc dixisset, milites, ne posset fugere, turbam obsident. Plunnt tela; illa sicut hostia promptæ ad necem, in unum cumulum se glomerant. Aliqua tundeant pectus, & manus ad calum orantos tendebant: Aliqua objiciebant collum, gladium Tyranni exceptura. Una etiam in medios hostes se conjiciens, nudabat cervicem in ictum; en presto sum, exclamat, pascere meo dolore, & exulta me victâ. Strages, & funera illius diei non possunt explicari verbis, neque satis defleri. Rhenus, flumine turbidus, vehebat multa corpora, & dicunt, quod vicina ripa undaverint cruore, & Nympha paterni sanguinem legerint.

C A R M E N E P I C U M.

TU quoque carminibus celebraberis inclyta nostris
TURSULA; namque Ubii lunatis mœnibus agri
 Æternam moriens famam Regina dedisti:
 Et nunc ornat honos Urbem hanc tuus, osfæque templum
 Marmoreo in tumulo (si qua est ea gloria) servat.
 Jámque propinquabat portis, Ubiásque videbat
 In cælum eductas turres nive purius agmen,
 Undique visendi studio Agrippina ruebat
 Circumfusa cohors: pars alto è culmine muri,
 Pars avidi è tectis pende bant: Maximus ipse
 Excitus famâ accelerat, propiúsque tueri,
 Quod genus hoc hominum, turbae quæ Numina, gestit.
 Viderat interea Gentem nova sacra parare,
 Ferre novos ritus, & Divûm temere cultus.
 Tum rutilam scindens vestem, capitísque tiaram
 Cum fremitu allidens terræ, sic ore profatur:
 Cernimus hæc oculis, nec adhuc subit ira nefandum
 Extirpare genus? quin raptis undique telis

Currit

Currit, & dex
 Certatis Jovis u
 Non redeat telum
 Chilliadumque
 Dixerat, & m
 Ne spes ulla fug
 Telorum pluit ac
 Tempestas armon
 Prompta neci, cur
 Pectora paritund
 Ad cælum cum vo
 Colla objectabat
 Est quoque, qua
 Et nivez cervicis
 En adfium, excl
 Pascere, & exult
 Quis stragem il
 Explicet, aur po
 Quanta Puellar
 Corpora vestal
 Rhene Pater?
 Vicinas ripæ p
 Auratis avide

MATERIA, PR

ILSDEM HUM

Pallu Tricrouata in S

Id paratis inepti Adolesce
 hoc vobis non persuadeat
 bus, & ad quas pro libi
 tum subire, debet terrar
 eri animas ad studia, &
 ludi, & in audendis
 non potest esse Discipul

Curritis, & dextrâ sceleratam exscindere gentem
Certatis Jovis ultores? nisi sanguine tinctum
Non redeat telum, discant non temnere Divos,
Christiadumque novo mea regna lacescere cultu.

Dixerat, & miles ne quâ dare terga potestas,
Neu' spes ulla fugæ, navem obsidione coronat.
Telorum pluit atra seges, & ahenea latè
Tempestat armorum: illæ, velut hostia ad aras
Prompra neci, cumulum timidæ glomerantur in unum.
Pectora pars tundens palmis, tendebat inermes
Ad cælum cum voce manus: pars obvia morti
Colla objectabat, gladium exceptura Tyranni.
Est quoque, quæ medios se se mittebat in hostes,
Et niveæ cervicis ebur nudabat in ictum:
En adsum, exclamat, nostro male suade dolore
Pascere, & exulta prostratâ virgine victor.

Quis stragem illius lucis, quis funera fando
Explicet, aut possit lacrymis æquare dolores?
Quanta Puellarum per aquas fluitantia passim
Corpora vectabas, rubicundo turbidus alvêo
R hene Pater? quin & fama est, undâ se cruore
Vicinas ripæ plateas, Nymphâsque sacratum
Auratis avidè pateris legis se cruorem.

MATERIA, PRO GRÆCO PRÆMIO
IISDEM HUMANISTIS DICTATA.

Pallas Tricoronata in Studiosos pigros, & libertatis amantes.

Quid putatis inepti Adolescentes? an patiar, vos frequentare scholas meas?
hoc vobis non persuadeatis. Scholæ meæ non sunt similes columbariis,
ex quibus, & ad quas pro libitu liceat avolare, & revolare. Qui vult hanc
palæstram subire, debet servare leges, quas ipsi præscribo; inter has etiam ista
est: *Seriò animus ad studia, & constanter adjiciant; sint in scholâ maturrè frequen-*
tandâ assidui, & in audiendis lectionibus diligentes. Qui non vult servare hanc
legem, non potest esse Discipulus meus, & est indignus nomine Tricoronati.

VER-

VERSIO IN GRÆCUM.

Παλλὰς ἡ τρις ἀντιστεμμένη εἰς τοὺς σπαρδακὰς ὀκνηροὺς καὶ τῆς ἐξουσίας φιλέντας.

Τί νομίζετε, ὦ ἄτοποι μείρακι; ἀλλὰ μὴ ὑμᾶς εἰς τὰ διδασκαλεῖά μου φοιτᾶν πισθ-
μαί; τῆθ' ὑμᾶς οὐ κείτατε. τὰ διδασκαλεῖά μιν οὐχ ὁμοιοῦται τοῖς περιτεριῶσιν, ἐξ
ᾧ καὶ πρὸς οὐδ', ὅπως πᾶσι βέβηται, ἀποπέτετα καὶ ἀναπέτετα ἔξῃ. ὁ ταύτην παλά-
φραν δδεν βεβλόμενος, τοὺς νόμους τοὺς ὑπὸ μιν αὐτῷ ὑπογραφομένους σώζειν ὀφείλει. ἐν
οἷς καὶ ἐκείνός ἐστι, σπαρδῆ τὸν νοῦν τοῖς λόγοις καὶ εὐσαθῶς ἐπιχέτωσαν. ἔπασαν ἐν τῷ φοιτᾶν
εὐκαίρως εἰς τὸ διδασκαλεῖον συνεχῆς, καὶ ἐν τῷ ἀκθεῖν ἀναγνώσεων ἐπιχειρεῖς. ὁ τῆτον
θισμὸν φοιτᾶν οὐ βεβλόμενος οὐ δύναται εἶναι τῶν μαθητῶν μιν καὶ τῆ ὀνόματος τῆ τριεπέθ
ἀνάξιός ἐστι.

§. 8.

PROSA GERMANICA,

Syntaxistis Tricoronatis hoc anno dictata pro præmio.

Pallas Literata ad Studiosos Tricoronatos.

Schon die hochgebenedente Jungfraw / und Mutter Gottes Maria allen
Leuthen/welche sie verehren/zu Hülf kompt/wan sie in Unglück gerathen seynd/
dannoch läst sie ihr sonderlich angelegen seyn das Heil der jenigen / welche ihren
Nahmen in das Sodalitäts-Buch haben eingeschriben / und seynd allezeit beflissen
in der Lieb gegen ihre Mutter zuzunehmen. Diesen stehet sie wie ein trewe Mutter
bey / wan sie nach entstandenem Ungewitter auff dem Meer hin und her durch die
Wellen getrieben werden / und in der euffersten Gefahr seynd zu grund zu gehen.
Andere / wan sie irgend wo hin reisen / damit sie nicht in Gefahr kommen von den
Mörderen/nach geraubtem Geld und Kleideren getödt zu werden/führt sie in einen
solchen Weg / durch welchen sie frey und franck ohn alle Furcht von den Räubern
angefallen zu werden/ zu dem Orth gelangen / zu welchem sie ihre Reiß angestellt
hatten. Andere/wan sie auch meynten/ es seye mit ihnen verzweiffelt/errettet sie aus
anderen Unglücken und Ubelen / welche dem Menschen in diesem Leben siegen auff
den Hals zu kommen. Allen stehet sie insonderheit bey/wan sie an Kräften aufge-
mergelt/mit dem Todt ringen/ und scheint/ daß sie nun die Welt segnen werden.
Dieses ist erfahren worden/andere zu geschweigen/von dem Welt berühmten Justus
Lipius,welcher hiezü Eöllen in dem Gymnasio Trium Coronarum studirt hat/und
ein eiffriger Sodalit der Mutter Gottes gewesen ist. Als dieser in den letzten Zugen
lage/und gefragt würde/ob er sich auch für den Tod fürchtete/ hat er unerschrocken/
und

und voll Trost geantwortet: wie soll ich mich für den Todt fürchten / da ich ein Sodalis bin der Mutter Gottes: Deswegen muß ich euch / die ihr dieses Gymnasium frequentiret / die freye Künsten zu erlernen / Glück wünschen / daß ihr für andere Studenten von der Mutter Gottes seyd gewürdiget worden / ihr als einer Patronin ewer Leben lang zu dienen. Eins allein muß ich euch auff's hefftigst ermahnen / daß ihr euch also verhaltet / daß / wer euch nur ansehen wird / aus ewren Sitten abnehmen könne / daß ihr Sodales seyd der Mutter Gottes / und so wohl euch auff die Andacht / und Tugend / als auff das Studiren begebenet.

VERSIO IN LATINUM.

Quaquam summis laudibus extollenda Virgo, & Dei Mater Maria omnibus, qui eam debito venerationis cultu prosequuntur, est auxilio, quando cum aliquo adversæ fortunæ casu conflictantur, præcipuè tamen curat salutem illorum, qui, suo nomine Albo Sodalitatis inscripto, in id unum semper incumbunt, quo indies magis, magisque in amore erga suam Matrem proficiant. His adest, ut fida Mater, quando ortâ tempestate inter concitatas irati maris procellas huc, illuc fluctuant, in præsentissimo naufragii periculo constituti. Alios, si quando terrâ iter aliquod faciendum est, ne spoliati vestibus, & pecuniâ discrimen adeant vitæ suæ à latronibus adimendæ, in eam ducit viam, per quam salvi, & incolumes, omnique metu, ut à prædonibus obruantur, liberi eò perveniant, quò suum iter instituerant. Alios, etiam tum, quando nullam salutis conservandæ spem superesse existimant, ex iis fortunæ casibus eripit, quibus humana vita solet esse exposita. Denique suis omnibus præsto est, illo præsertim tempore, quo viribus exhausti, ac cum morte colluctantes, suum diem obituri videntur. Hoc ipsum, ut alios præteream, expertus est celeberrimus toto orbe JUSTUS LIPSIUS, Tricoronati hujus Gymnasii olim Discipulus, & Sodalis Parthenius, pietate erga Deiparam nulli secundus. Cùm ille ad extremam vitæ lineam adductus interrogaretur, an mori pertimesceret? egone, ita sui securus, ac plenus solatiis reposuit, Magnæ Matris Sodalitatis mortem obire pertimeam? Est ergo, cur vobis, quotquot hoc Gymnasium liberales artes docendi frequentatis, ex animo gratulari debeam, quòd Dei Mater gratiosè dignata fuerit, vos præ aliis literarum Alumnis admittere, qui vitam omnem suo Patronæ Vestræ honori, & obsequio consecretis. Unum est, cujus vos omnes quàm possum vehementissimè velim admonitos, ut in rebus, atque actoribus omnibus ita vos geratis, ut quisquis vos ipsos inspexerit, facillè ex moribus vestris intelligat, vos Sodales esse Beatæ Virginis, & non minùs pietatis, ac virtutum, quàm literarum, doctri-
naeque studiosos.

M A T E R I A C A R M I N I S,
pro præmio supremæ Grammatices Discipulis dictata.

Sodalis Tricoronatus ad Beatam Virginem.

Programma. *Mater JESU. Anagramma. Me tuearis.*

MARIA, Regina cali, & terra, ad cuius arbitrium salus stat, & cadit. 2. Ecce tuus Clientis cingitur periculis, & in meum caput conveniunt plurima turba. Hinc venit Cypris, quam comitatur Cupido, & jacet faces, quæ sunt tela. 4. Inde me ruunt monstra, quæ infernus genuit, & intentant mille plagas, & neces. 5. Superbia, quæ habet inflatas venas, primo subit; proxima Avaritiæ bellum movet. 6. Mors sequitur Gula & miscet prælium. Huic Ira manum jungit. 7. Succedunt Furia quæ non possum numerare. 8. DIVA, potens inferni, tuere Sodalem, & doma Stygiæ monstra. 9. Nisi facias, ô Virgo! despero, & nulla ara dabitur meæ fortuna.

Beata Virgo ad Sodalem Tricoronatum.

Programma. *Virgo potens. Anagramma. Protego sinu.*

10. O Sodalis, cui nomen dederunt tres Corona, nimium Deo & mihi dilecte!
11. Noli timere; ut infernus non possit nocere, te, & meos Virgo potens sinu protego.

C A R M E N.

Mater JESU. Anagramma. Me tuearis.

Æ Therei Regina poli, terraque, MARIA,
Cujus ad arbitrium statque, caditque salus.
Ecce tuum cingunt metuenda pericla Clientem,
Et coit in nostrum plurima turba caput.
Hinc properat Paphio comitata Cupidine Cypris,
Et jacet obscenas, noxia tela, faces.
Inde ruunt in me stygiâ sata monstra palude,
Et mille intentant vulnera, mille neces.

Prima subit tumidas inflata Superbia venas,
 Proxima Avarities bella scelestâ movet.
 Mox Gula subsequitur, funestâque praelia miscet;
 Huic jungit socias Ira proterva manus.
 Succedunt Furia, quas si comprehendere coner;
 Icariae numerum dicere coner aqua.
 Diva potens Erebi, notum tue are sodalem,
 Atque doma stygii monstra superba lacus.
 Nî facis, ô Virgo, superest spes nulla salutis,
 Araque fortunæ non erit ulla meæ.

Beata Virgo ad Sodalem Tricoronatum.

Programma. Virgo potens. Anagramma. Protego sinu.

O Nimiùm dilecte Deo, Nobisque Sodalis,
 Cui pulcrum nomen terna Corona dedit:
 Parce metu; ravidus ne laedere possit Avernus,
 Teque, meosque sinu protego Virgo potens.

§. 10.

MATERIA PRO PRÆMIO GRÆCO
 IISDEM SYNTAXISTIS DICTATA.

Pallas Discipulis suis salutem.

Carissimi Discipuli mei, si velitis consequi scientiam, debetis timere Deum vestrum; nam *Initium sapientiae est timor Domini*: Ille verò timet suum Deum, qui potius vult omnia hujus mundi bona, & omnium hominum favorem, & suam vitam amittere, quàm supremum numen peccato aliquo offendere. Etiam scholæ, quas frequentatis, non patiuntur Adolescentes dysscolos. Quare si velitis esse mei Discipuli, necesse est, ut Deum timeatis.

VERSIO IN GRÆCUM.

Παλλὰς τοῖς μαθηταῖς ὑο χαίρειν,

Ἐ αγαπητότατοι μαθηταί μου, εἰ τῆς ἐπισημῆς τυχεύειν βέβηκατε τὸν θεὸν ὑμῶν φοβεῖσθαι ὀφείλετε. ἀρχὴ γὰρ σοφίας φοβεῖσθαι τὸν κύριον. ὁ δὲ μᾶλλον τὰ πάντα τῶν κόσμου ὄντα, καὶ τὴν τῶν πάντων ἀνθρώπων χάριν καὶ τὸν ἕβιον ἀποβάλλειν, ἢ τῷ ὑπερτάτῳ θεῷ τῆ ἀμαρτίας τινὶ προσκρούτασθαι βεβημένος τὸν ὁ θεὸς εἶδει. καὶ εἰς ἀποιτῶντι διδασκαλίᾳ, μὴ πάχει τοὺς δυσκόλους τῶν μεираκόν. εἰ γὰρ τῶν βεβημένων εἶναι μαθηταί μου, ἵνα τὸν θεὸν δεῖδητε, ἀναγκαῖόν ἐστι.

Lieber Sohn Tobias, es ist mir allzeit ein grosse Freud gewesen zu sehen/das du gemäß den Ermahnungen/welche ich dir / als du noch ein Kind warest / gegeben hab/bis auff diese Stund gelebt hast. Es scheint/das ich bald die Welt segnen werd / weil ich ganz alt bin /und die Kräfte mit hab/ die Beschwer- nissen des aufgemergelten Leibs länger zu übertragen; deswegen hab ich gedacht ich musse ich und meiner Schuldigkeit nach dir meinen letzten Willen erklären. So lang du leben wirst / habe Gott für Augen/und habe Sorg/ das du niemals in ei- ne Sünd bewilligest. Du solst wissen/das dir mehr soll angelegen seyn / diese Lehr ins werck zu stellen / als dein eigen Leben für alle gefahr selbiges zu verliehren / zu bewahren : dan welcher nach vergessener Forcht Gottes / und nach außgethaner Schamhaftigkeit sich nit schewet zu sundigen / wird zwar underweilens in die- ser welt glücklich sene / und an allen sachen ubersuß haben; aber er wird nach dieses Leben seine Seel verliehren / welche dem Sohn Gottes so vil Bluts / ja seyn Leben gekost hat zu erlösen / und wird von seinem eigenem Gewissen wegen den Lasteren uberzeuget / in die Höll gestürzt werden/ allda mit allerhand Tormenten / so in E- wigkeit dauern werden / gepeynigt zu werden. Folge diese deines Vatters Ermah- nung / und du wirst in aller Widerwertigkeit / wan du gedeneken wirst / das du nichts ubels gethan hast / getröst werden. wan du aber den kauff deines Leben wirst vollendt haben/und zu sterben kommen/ wirstu zum Himmel auffgenommen wer- den / dich mit mir / wie ich verhoffe / in Ewigkeit zu erfreuen.

V E R S I O I N L A T I N U M .

Mi Fili Tobia, magno mihi gaudio semper fuit videre, quod vitam admoni- tionibus, quas tibi adhuc puero dedi, consentaneam, in hanc usque horam traduxeris. Videor brevi meum diem obiturus, quia ingravescente jam aetate vires non habeo pares molestiis exhausti corporis diutius perferendis; quare tibi modò supremam voluntatem meam pro munere meo exponendam esse putavi. *Omnibus diebus vita tua in mente habeto Deum, & cave, ne aliquando peccatis consentias.* Illud tibi velim persuadeas, quod majori tibi cura esse debeat, hanc doctrinam in opus redigere, quam vitam tuam ab omni illius amittendæ periculo synceram, integramque conservare. Quisquis enim Dei timorem oblitus, & exutus omni pudore non dubitat animum suum peccatis obstringere, ille quidem in hac vitâ subinde prosperâ usque fortunâ rerum omnium copiâ abundabit; verum post hanc vitam anima sua, quæ Dei Filio tam multo sanguine, imò suâ vitâ constitit redimenda, jacturam faciet, atque à propriâ conscientia scelerum

convictus, in rogos infernales, variis ibidem cruciandus tormentis, in omne ævum duraturis præcipitabitur. Hanc tui Parentis admonitionem sequere, & recordatio bene factorum tuorum in omni adversæ fortunæ casu tuum animum consolabitur. Si verò cursum tuæ vitæ emensus fueris, & dies supremus tibi explendus venerit, ad cælum evocaberis, mecum, uti confido, in omnem æternitatem gavifurus.

§. 12.

in infima Grammatices Discipulis pro præmio dictata.

Blanca Ludovico suo.

Lieber Sohn Ludwig/ ich glaub/ daß du noch nicht vergessen sehest der Ermahnung/welche ich/ angetrieben aus Lieb deines Heils/dir gegeben hab zu der Zeit/ zu welcher ich dich deinem Præceptor, einem verständigen/und frommen Mann/anbefohlen hab/die freye Künsten gelehrt zu werden. Weil selbige Ermahnung einem jedwederen Menschen/ welcher begierig ist die ewige Seeligkeit zu erlangen/höchst nöthigen ist / und leichtlich von den jungen Leuthen vergessen wird / hab ich das Amt einer redlicher Mutter noch einmahl vertreten wollen/ und dich der gegebenen Lehr noch einmahl ermahnen. Vor allen Sachen solst du Sorg tragen / daß du deine Seel/ welche dem Sohn Gottes so viel Bluts gekost hat zu erlösen/ von aller Tod-Sünd frey bewahrest. Wan du dieser Lehr wirst Platz geben/wirstu nicht in die ewige/von Gott den Sünderen gedrehte/Straff fallen/ sondern wirst mit der Gnaden Gottes geziehrt/ der ewigen Seligkeit im Himmel theilhaftig gemacht werden.

VERSIO IN LATINUM.

Crede, mi Fili Ludovice, te nondum esse oblitum admonitionis, quam ego, tua salutis amore impulsus, tibi dedi illo tempore, quo te tuo Præceptori, non exigua prudentiæ & magnæque probitatis viro, liberales artes docendum commendavi. Quoniam hac admonitione cuiusvis hominum, æternâ beatitudine potiundi cupido, maximè opus est, eamque teneræ adhuc ætatis homines facile obliviscuntur, volui adhuc semel officio veræ Matris perfungi, & te tibi datæ doctrinæ iterum admonere. Ante omnia curam geras velim, ut animam tuam, quæ Filio Dei tam multo sanguine constitit redimenda, omni peccato mortali liberam, immunemque conserves. Si huic doctrinæ morem geseris, nunquam in æternam, quam Deus peccatoribus minatus est, pœnam incidēs; sed gratiâ Dei præditus, æternæ in cælo beatitudinis particeps efficiēris.

*Pallas Literata cum novem Musis inter bene meritos Ad-
lescentes laboris, ac diligentiae præmia distribuit.*

P E R S O N Æ.

- A**ntonius Mainone Colon. Poëta. *Thalia.*
 Joannes Jacobus Dulman Colon. Poëta. *Melpomene.*
 Arnoldus Wendels Colon. Syntaxista. *Clio.*
 Joannes Gerardus Königshoffen Colon. Syntax. *Pallas.*
 Joannes Matthias Tröster Colon. Syntax. *Calliope.*
 Joannes Petrus Wendels Colon. Syntax. *Ephebus primus.*
 Casparus Josephus von Wintersdorff Colon. Secund. *Erato.*
 Joannes Reinoldus Schönitz Colon. Secundanus. *Enterpe.*
 Joannes Wolterus Neuman Colon. Secund. *Terpsichore.*
 Gerardus Michaël von Jabach Colon. Infim. *Polymnia.*
 Joannes Petrus Flor Colon. Infim. *Urania.*
 Henricus Franciscus Josephus von Beyweg Col. Tiro. *Ephebus 2dus.*

Pallas. Amœna linquens culminis docti loca,
 Adsum Minerva, Gymnadem caram mihi,
 Et quam Corona nobilem triplex facit,
 Subeo palæstram, merita studiosi ferens
 Præmia laboris, quando stant clausæ fores
 Dei bifrontis, postque centenas nives
 Ægris refulget seculum terris novum.
 Agite Sodales, ista nam vobis fuit
 Commisæ cura, præmiis dignos coli
 Docete, quique ceteris præstant magis.

Chorus Cognata Superis DIVA, Parnasæ decus,
Musarum. Cohors novena nutibus servit tuis.
Clio. Ergo coronis dignior pubes veni,
 Et cape labori debitas palmas tuo,
 Pulcrumque honorem, nulla quem minuet dies.
Pallas. Thalia, vel tu docta Melpomene, quia
 Vestrum est Theatrum, vester est præsens dies,
 Initia facite.

Melpo-

Melpomene. Quod igitur felix, faustumque sit omnibus Gymnasii Tricoronati Discipulis, atque ad emolumentum hujus Literariae Domus evenire velint Superi. Ab Illustrissimâ, Prænobili, Nobili, Frequentissimâque Rhetorices Classe exordium facimus.

Didicere, & de memoriâ sine lapsu reddidere sacrum Canisii Compendium 7. eorum supra 40. nomina eorum vid. supra fol. 36.

Qui ordine ultimus omnium fuit, sorte factus est omnium primus, Ingenuus, pius, modestus, magnæque spei Adolescens **WINANDUS MANHEIM** Colon.

ACCLAMATIO.

Tot socios inter cum fors tibi faverit uni.

Quam tibi nascenti stella serena fuit?

Stella serena fuit. Sed qualis? candida Luna:

Sed quata? non (a) quarta, at Luna secunda fuit.

(a) Putabant veteres Poetae, eos, qui Lunam quartam nascuntur, infelices esse, eo quod Hercules, tot laboribus & arumnis fatigatus, illam Lunam in lucem prodierit.

Melpomene. In campo eloquentiae decertatum est acriter à Rhetoribus Tricoronatis non gladio; sed calamo, quis omnium optimè lectionem (b) de timore Domini & didicisset, & aliis discendam efficacius persuadere posset. Victor omnium fuit, palmam non unam, superiorum annorum victoriis nobilis, diligentiam & doctrinam nulli secundus, quia compositione pro magistratu per annum frequentissimè omnium primus, modestiam pariter & pietate commendandus Adolescens **JOAN. PETRUS MERTENS** Colon.

(b) Materiam de Timore Domini pro premio dictatam vide fol. 46.

ACCLAMATIO.

Cum sociis multis sis ausus bella movere

Solus, cor magnum quis neget esse tibi?

Et tamen es timidus, docet & tua penna Timorem:

Nimirum timidus grande cor esse solet.

Hoc tibi (c) doctrina, hoc parva est palma Timore,

Scribe Maro: timidos (d) fors generosa juvat.

(c) Initium sapientiae est Timor Domini. (d) Audentes fortuna juvat. Virgilius lib. 10. Aeneid.

Clivio. Uni Petro, velut principi, cedere debuit, nulli tamen aliorum voluit, probitate morum, & scientiam Eloquentiae dignissimus Adolescens, qui ex campo Rhetorico in arenam Philosophicam transferatur **MICHAEL PICCERT** Clervaniensis.

ACCLA-

ACCLAMATIO.

Causa manus Logico est; habet illam Rhetor apertam:

Quod tu sis Rhetor signat aperta manus.

Rhetor es; at Logicus fieri de Rhetore dignus;

Ut sit clausa manus, debita dona cape.

Hos duos proximè secuti sunt; sed non assecuti indefessi laboris, ac probata pietatis laudem promeriti Adolescentes: Franc. Theod. Mazza ex Bergerhausen. Joan. du Marteau Liguens. Henr. Finck Clervanens. Jac. Franck Colon. Michaël Lullingen Clervanens. Remboldus Wolput Colon. Henr. Mertens Colon. Certare pro laureâ etiam potuisset, si modo per impedimentum interesse certaminis licuisset, mox commendandus Adolescens Franc. Conr. Hartzheim Colon.

Erato. Ex campo Eloquentiæ itum fuit ad montem Parnasum, ubi Rhetores, facti Poëtæ Lyrici (e) pro Patriâ & Urbe Colonienſi, ac præcipuè pro incolumitate Gymnâſii Tricoronati carmen ſeculare ad Magiſtram ſuam Mariam certatim cecinerunt Apollinem cum Muſis ſuâ lyrâ rapuit, & palmam Condiscipulis præcipuit, omni commendatione major Adoleſcens **FRANCISCUS CONRADUS HARTZHEIM** Colon.

(e) Materiam carminis, vide fol. 52.

ACCLAMATIO.

Cùm fluerent plenis uuper tibi carmina venis,

Et caneres tuavi peſtine, & ore gravi:

Per juga diſfuſæ venère ad cantica Muſæ,

Et ſtupuit miram Turba novena lyræ.

Una, ſcio & qualis, fertur dixiſſe Sodalis,

Quàm multo eſt Tiro doctior ille viro?

Cynthius hæc audit: Neo-Vati hoc carmine plaudit:

Crefce, & vive ſolo, poſtea vive polo.

Erato. Hæc eadem vota tam pulcre cecinit, ut totus Muſarum chorus ſecundam ei palmam adjudicaverit, nomine victorioſus, ac pietatis, & literarum ſtudio laudandus Adoleſcens **NICOLAUS JACOBUS GUMMERSBACH** Colon.

ACCLAMATIO.

Pro Superis notâ feciſti Gymnade vota,

Nec pennâ terrâ ſcripta fuère metra.

Mine